Quelle: https://manuscripta.at/?ID=45
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

helaut

uerat eam. Et ait homo dei. Dimitte illa. Anima enim eius in amaritudine est. & dns abscondit a me. & non indicauit mihi. Quae dixit illi. Numquid petiui filium a domino meo. Numquid non dixi tibi ne illudas me. Et ille ait adiebi. Accinge lumbos tuos. & tolle baculum meum in manu tua & uade. Si occurrerit tibi homo non salutes eum. & si salutauerit te quispiam non respondeas illi. & pones baculum super faciem pueri. Porro mater pueri ait. Viuit dns. & uiuit anima tua. non dimittam te. Surrexit ergo. & secutus est eam. Geezi autem praecesserat ante eos & posuerat baculum super faciem pueri. & non erat uox neque sensus. Reuersusque est in occursum eius. & nuntiauit ei dicens. Non surrexit puer. Ingressus ergo helyseus domum. & ecce puer mortuus iacebat in lectulo eius. Ingressusque clausit ostium super se & super puerum. & orauit ad dnm. Et ascendit & incubuit super puerum. posuitque os suum super os eius. & oculos suos super oculos eius. & manus suas super manus eius. & incurauit